

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium t
cum fonte primo

Studia te clarum et nobilem efficient;

Studia te tua clarum et nobilem efficient.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 21, 2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.56, l.26).

sine studio eger est animus.

Recte nos dicimus ‘si philosopharis, bene est’. Valere autem hoc demum est. Sine hoc aeger est animus; corpus quoque, etiam si magnas habet vires, non aliter quam furiosi aut frenetici validum est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 15, 1 (L. Reynolds ed., vol.1, p.38, ll.14-18).

→

Exemplum Epicuri referam. Cum Idomeneo scriberet et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret, regiae tunc potentiae ministrum et magna tractantem: ‘si gloria’ inquit ‘tangeris, notio-rem te epistulae meae facient quam omnia ista quae colis et propter quae coleris’.

←
Si gula, inquit Epicurus, tangeris, notio-rem te epistole mee faciunt quam omnia ista que colis et propter que coleris.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 21, 3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.57, ll.1-5).

Studiis ingeniorum crescit dignatio, nec ipsis tantum honor habetur sed quicquid illorum memoriae adhaesit excipitur.

Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur, sed quicquid illorum memoriae adhaesit excipitur.

Seneca XXI. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 21, 6 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.57-8, ll.27, 1-2).